

6. Ibidem cap. 9. Cum deceat dominum Dei sanctitudinem, ut cuius in pace factus est locus, ejus cultus sit cum deitate veneratione pacificus: si ad Ecclesiam humilietur & elevatus ingressus: sit in ea devota converratio Deo grata, insipientibus devota, que considerantes non solum instruat, sed & reficiat. Cesset fraternalitatem & societatem quarumlibet consilia & negotia: cessent confabulationes quilibet: cessent vanas & multo potius fida colloquias & profana: eo nec libri nisi orationis & pietatis, nec alii nisi sancta inferantur. Cessent postremo, quacunque divisionem possint perturbare Officium, aut oculos divina Majestatis offendere: ne ubi peccatorum est venia petenda, ubi peccandi detur occasio, aut deprebeatatur peccata committi. De quibus singuli Curati admonebunt gregem suum, & per censuras Ecclesiasticas auctoritate presentis Synodi ferendas ad obedientiam cogent. Prohibemus insuper nos in Ecclesiis Cathedralibus, vel aliis, ne pueri aut alii quicunque in festo Sanctorum Innocentium theatralia aut ridicula exerceant.

Templum est domus non confabulationis, non deambulationis, non curiosa inspectionis, non comediatipnis, sed adoracionis. Videant ergo, quam a Christo flagellandi sint, qui illud gariendo, circumficiendo, lacrando, potando profanant & inhonorant. Nam ut ait Beda in Joani. 2. Videbantur licite vendi in templo, quo ad hoc emebantur, ut in eodem templo offerrentur Domino, sed notens ipse Dominus aliquid in domo sua serena negotiorum, ne ejus quidem, que honesta putarentur, exhiberi, dispuerit negotiatorum, & foras omnes sumi cum iis, qui negotiabantur, ejicit. Quid ergo fratres mei, quid putamus, faceret Dominus, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, se risu dissolvens, vel alio qualibet sceleri reperiret irretitos, qui bohitas, qui fibi immolarentur, ementes in templo vidit & eliminare festinavit? Praetertim quia hi ementes & vendentes non degabant proprie in ipso templo, sed in atrio ac portico templi, immo in atrio omnibus gentibus communis, & tamen inde a Christo ejeci sunt. Quid ergo faciet Christianis in sacro ipso templo, & in conspicuo venerabilissimi Sacramenti huc ipsa & his indigniora patribus? Cum igitur dominum suum Dominus dominum predicit orationis, nihil aliud agendum in ea praeferat. Et sapienter admonet Augustinus in Regula: Nemo in Orazorio aliquid agat, nisi ad quod factum est, & unde non men habet.

Sub tit. de Sacramentis, cap. 3. Præcipimus, quamprimum commode fieri poterit, natos pueros ad baptismum deferri propter Sacramenta huius necessitatem. Alter sine justa causa agentes, cum Curatis & Vicariis eorum id fieri non improbanter, excommunicatione & suspensione dignos judicamus: sicut & Sacerdotes privatis in dominibus aut nocte citra necessitatem baptizantes.

Tit. de Sacramento Confirmationis. Episcopi ad levamen populi per oppida sua Diocesis frequentius ad hoc Sacramentum Confirmationis gratis conferendum obhamulent: adulis non nisi confessi & profidentibus symbolum Apostolicum tradant. Jubeant vero, ut munda & nitida fronte accedant, & nomina Confirmatorum in libro describi, ne forte contingat ipsum Sacramentum iterari.

Tit. de Matrimonio, cap. 6. Quando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiose impeditum iri, si tot precesserint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatione fiat, vel saltem parochio cum doibus vel tribus testibus presentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius confirmationem denunciations in Ecclesia siant, ut si aliqua subsistat impedimenta, facilius detegantur. Denunciations autem vel omnino, vel ex parte remitti possunt pro solius Ordinarii iudicio, non tamen absque causa legiuncta & rationi contentanea, presertim si qua sit iustorum oppositionem suspicio. Petitur vero frequentius denunciations remitto ad cavendam maleficia, que in celebrazione nuptiarum nonnunquam exercentur, vel ad declinandum populi insultantem diu nocte mortis, maxime secundo aut tertio repetitis, lasciviam.

Individu cap. 13. Cum nefarium sit matrimonii libertatem violari, & a quibus iura expectanda sunt, injurias nasci; omnibus cuiuscumque gradus hominibus, Ordinis, dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis pena, in quam ipso facto incurvant, Sedis Apostolica & Conciliorum generalium auctoritate prescripturn, ne quovis modo, directe vel indirecte, subditos suos vel alios quocunque cogant, quoniam liber matrimonio contrahant. Parochis tamen mandamus, ne facile ad matrimonia liberos invitos parentibus contrahentes admittant, aut vaigos recipiant & ignotos homines, qui plerumque relata uxore aliam, & nonnulli plures, diversis in locis ducunt: sed prius diligenter inquirant de re, & ea ad Ordina-

rium delata, ab eo quod decebit, faciendo licentiam obtineant.

7. His omnibus præcinituit Concilium Tridentinum sess. 24. in decreto de reform. matrimon. cap. 1. quo prohibet & detestatur matrimonia a filiis familias sine parentum consensu contracta utpote illicita. Sed nihil minus anathema ferit quocunque affirmantes esse irrita & invalida. Eodemque capite decernantur, que Rothomagensis Patres fancivere de præmittendis matrimonio denunciationibus, vel una eaurum, ubi probabilis suspicio subest, matrimonium malitiose impeditum iri, dummodo reliqua ante consummationem publicentur, potquam contractum coram Parochio & testibus fuerit. Ibidem decernit Tridentinum c. 7. de vagis hominibus, de quibus metuendum est, ne alio loco uxorem habeant. Deinde cap. 9. anathema in eos intorquet, qui propria abutentes auctoritate libertatem violent ad nuptias contrahendas requirant. Leges pariter civiles statu poenis infraeatoe libertatis puellarum ad matrimonia coercent, quales sunt tutores auxiliatores, aut Magistratus, alioque Magnates, C. de interdicto matrim. inter tutor. & pup. & C. ne quacunq. præd. potest. 1. unica, & C. si iupt. ex recript. petan. 1. t. & 2. & tit. Ne sede vacan. aliquid innovetur.

8. Tit. de Episcopis & capitulis. Episcopi in specula confitunt & supra montem positi, sicut debent omnium inferiorum actiones suspicere, ita meminerint se omnium aspectu exponi, nec posse abscondi. Propterea in suis promotionibus, & in conservatione vite oportet ipsos esse irreprehensibilis, ut de aliorum provisionibus & gestis possint efficacius censuram agere, omnibus præducere, ac honorum operum exemplum præbere. Optamus omnes a Deo, atque a Christianissimo nostro Rege supplices precamer electiones restituti cum veteri & sincera eligendi forma. Sed quoniam imperrandi spes nondum ostenditur, cum contigerit sedem vacare, preces & supplicationes solemnies ad Deum, ut gregi Pastorem det idoneum, fieri mandamus.

Comitiis Aurelianensis totius regni anni 1560. sanctum legitimus approbante Rege Carolo IX. ut quoties vacabat aliqua sedes Archiepiscopalis, vel Episcopalis, fiat successor electio; si de Archiepiscopali Sede, ab omnibus convocatis Provincia Episcopis simulque ab Ecclesia Metropolitana Capitulo, vocatis etiam duodecim nobisibus viris, quos illius Provincia Nobilitas ad hoc elegerit, & totidem mediocribus viris honestis, quos populus mediocris status in metropolis publicis eibus elegit. Sed si de Comprovincialis Episcopii agitur successione, eadem servabuntur conditions supra recente, hac una excepta, quod electioni præfidebit Archiepiscopus, sicutque una cum Capitulo vacantis Ecclesie. Id tamen decretum nunquam præceptum fuit. Quintinimo posteriorum temporum felicitas fuit, ut Gallicana Ecclesia per Regiam pietatem & nominationem, & consilia laureatis Armandi Richelei Cardinalis, heres Calviniana tota Gallia debellatoris, viderimus de novo effulgere providentiam, ut multo meliores Ecclesie regni præficerentur Episcopi, quam sperari potuissent ab electione populati innumeris contentionibus obnoxia, ob diversos & oppositos eligentium affectus, & ambientium cupiditatem simoniacas, quales defectus a nominationibus Regis constat fuisse quovis tempore remotissimos, & nunc Reges intelligere, erudimini, qui judicari terram. Notine ac recognoscit Reges, quibus Apostolica Sedes nominationem promovendorum ad regni Prælatures induxit, certissimam aeternamque ab Rege Regum fibi parar damnationem, si vel humana gratia & favore, aut politicis quibuldam rationibus in transversum adducti promovere neglexerint illos, qui majoribus juvavint meritis: ut iubet S. Leo. Magnus epist. 12. alias 84. ad Anastasiū, sive ut præcepit sacrofanciūm Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de reform. eos, quos ceteris magis idoneos jucundaverint.

9. Individu cap. XV. Canonici Cathedralium Ecclesiarum ea sint morum integritate ornati, ut nomen suum tueri & retinere possint, ac pra aliis Clericis Canonici seu Regularis ex observata perfectius Ecclesiastica discipline regula nominari mereantur, a quibus ceteros fiducium, amorem, ac tamquam regulam cultus Divini non pigeat accipere.

Huc spectat Can. IX. Moguntiaci Concilii temporibus Leonis Papa III. & Caroli Magni: In omnibus, (inquit) quantum humana permittit fragilitas, decrevimus, ut Canonice vivant, observantes Divina Scriptura doctrinam, & Sanctorum Patrum documenta.

10. Cap. XXXVI.

10. Cap. XXXVI. Sicut non licet Episcopo res Ecclesiæ alienare sine consensu Capituli: ita vicissim nec Capitulo sine cognitione & licentia Episcopi.

Multis canonibus cautum est, Episcopo non licere res Ecclesiæ alienare sine consensu Capituli: c. monemus, c. quisquis, c. non licet, c. Vulterana, 12. q. 2. & tota tit. de iis qua sunt a Prelato sine cons. Cap. Aliis plerisque canonibus vetatur Capitulo quidquam de rebus Ecclesiæ distribuire, nisi accedit Episcopi consensus, c. Diaconi, c. si hujus placiti, c. Abbatis, si qua, c. placuit, c. si Episcopus, 12. q. 2. & tit. Ne sede vacan. aliquid innovetur.

11. Tit. de Episcoporum officiis. Prioribus capitibus multa eruit circa ordinationes ex Tridentinis constitutionibus sess. 23. Tum etiam ex exfiltrandis simoniis & confidentiis cap. 16. Propter nonnullas intrepide videntes & euentes Sacerdotia spe venire per indigentias consequenda, censuit hoc Sancta Synodus sanctissimo D.N. Papæ supplicandam, ne deinceps simonia crimen nisi cum expressa obligatione cedendi beneficio per simoniam questio remittat.

12. Sub eod. Tit. proponitur forma, quam Episcopi ex Tridentino præscripto debent obstricte fedulatio servare, quoties facros Ordines sunt collaturi. Eiusmodi vero hic profert art. 2. ex Tridentina sess. 23. cap. 5. Episcops ante mensem, quam Ordines conferat, per Diaconos rurales in tota Diocesi significet, ut qui ad Subdiocumat admitti desiderabunt, mandatum ab eodem Episcopi accipiant, quo ordinandorum Parochus, vel alter, cui magis expedire videbitur, committatur, qui nominibus ad desiderio eorum, qui promoveri volent, per tres dies Dominicos aut Festivos publice in Ecclesia proclamat, sicut sit in matrimonio, de ipsorum Ordinandorum natalibus, etate, moribus, & vita fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales, ipsam inquisitionem faciat, continentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.

13. Ex eodem Tit. cap. 8. ex eadem pariter sessione 23. decretum cap. 3. sic decernit: Si Episcopus exigitur vel aliquo alio iusto impedimento ab Ordinibus conferendis avocatur, non aliter subditos suos quam hoc modo jam probatos & examinatos ad alium Episcopum ordinando dimittat. His adspiculat Narbonense Concil. anni 1609. sic edicens cap. 21. Per seipsum Episcopos Ordines conferram subditi suis examinatis, & insufficientibus repertos, quorum illi sit probata vita per diligenter inquisitionem & attestacionem a Parochio, Magistro Schola, & Senioribus loci, in quo resedit ordinandus. Quod si infirmate, aut alio detentus impedimento legitimo Episcopus proprius ad alium eum remiserit, qui est ordinandus, hoc faciet litteris dimissoriis, quas non concedet pro quoconque Ordine, nisi prius examinato & approbato, ac si ipse cumdem Ordinem, pro quo dimittitur, eidem conferre debet. (Et paucis quibusdam interjectis:) In litteris dimissoriis non interferant clausula illa: Conscientiam nostram exonerantes, vestram onerantes; Cum nulus remittit debeat, quin eius Ordinis, ab quem sumendum dimittitur, ab Ordinario capax & idoneus fuerit judicatus. Quin etiam anterie ore altero Concilio Narbonensi Provinciali anni 1551. can. 12. ullam haberi fidem prohibetur quibuscumque dimissoriis hanc non experimentibus clausulam: Quem idoneum & dignum reperimus; & ne dentur vel admittantur ad omnes Ordines ullæ dimissoriis, sed singula pro singulis Ordinibus. Id vero anterius Narbonense coactum fuit sub Julio Papa tertio, quo tempore fuerat intermissum Tridentinum.

14. Ex eodem tit. cap. 14. In confessionibus de simonia diligenter inquirendum, ac conscienti se aliquod beneficium pecunia, aut alia re temporali fibi aut alteri comparsae, (cum sit causus Summo Pontifici reservatus) absoluto deneganda est, nisi in mortis articulo. In eadem confessione moneri fubessemus de peccato mortali cum, qui vel solam mentem & intentionem habuerit ad beneficium pervenienti per simoniam: & cum, qui usque ad aliquam conventionem progreſsus fuerit, gravius peccasse: sed in dicta penitentia debita per legitimum Sacerdotem absolvi posse.

Hoc cap. 14. Rothomagensis Patres sapienter distinguunt tres simoniae criminis gradus. Vell enim completa est ex utraque parte simonia, dato pretio, vel pretio aliqua parte, resignatoque beneficio. Quae species simoniae omnium reliquarum determita est. Sola quippe exco imputationem inducit soli Summo Pontifici reservatum, per quam vacat ipso jure beneficium, cum obligatione fructuum beneficii simoniacae recepti restituendum, & cum ipso facto contrafacta irregularitate ab illo, qui in ea excommunicatione vel celebraverit Missam, vel alium quempiam Ordinis facti actum exercuerit. Reli-

qua duæ simonia species, quamvis sint lethifera, non tam includent censuram ullam, neque absolutio reservationem, neque irregularitatem pariant in eo, qui faciunt aliquem Ordinem in eo reatu exercuerit; ut docent hoc loco Patres hujus Rothomagensis Concilii: & præterea Gomesius in regulam Cancelleria de triennali posse, quæst. 12. Navarra Manual. cap. 23. num. 104 & Fillius: qui tres simul asserunt, hanc esse Romanæ pontificiarum atque Rotæ proxim. Itemque Zerola in praxi, p. 1. v. Simonia num. 7. Bonacina tract. de simonia, disp. 1. quæst. 7. p. 2. num. 25. alique communiter hoc scribentes, posse in conscientia retineri beneficium Ecclesiasticum ab eo, qui ut illud obtineret, patet fuerat de pretio, quod tamen re ipsa non perfolvit, neque stetit promisus.

15. Ejusdem tit. art. 12. Adversus confidentiarios profert Pii V. constitutio, quo utique confidentiarios gravibus subiecti penitus, quam reliqua jura confituerint aduersus reliquos simoniacos; prater enim excommunicationem late sententia, que ipso facto tam a confidentiarius incurrit, quam a simoniacis Papæ reservata, & obligationem dimissionis beneficij, sive per confidentiam, sive alia quacunque simonia questi, cum fructuum omnium restituione: his addit. Bulla Pii V. vacare ipso jure non tantum beneficium per confidentiam adeptum; sed etiam reliqua omnia quacunque beneficia etiam juste acquisita, & omnis abolitionis esse incapacem, nisi ante cunctis se abdicaverit. Præterea licet alii excommunicati simoniaci post abolitionem a suprema Sede obtentant possint ad nova beneficia promoveri, aliquid tam etiam juris est in fiduciatis, quos constitutio Pii etiam post impetratam abolitionem declarat perpetuo ad quavis beneficia inhabiles. Nihil tamen penale decernit aduersus criminis participes, omnesque penas in solidum fiduciarii refundit, eum scilicet qui beneficium hac conditione sumit, ut in alium transmittat: cum tamen facit Canones paribus penas simoniacos tam dampnem, quam accipientem subiectant, ipsolque, qui confidit & auxiliit ac operam suam scienter contulerunt, c. cum detectabile, & c. sane, extravag. de simon. Ita duo capita 14. & 21. mente retinenda sunt, cum in usum veniant consultationum, & fori penitentialis, & judicij contentiose seu contradictioni.

CONCILIO ALTERUM REMENSE.

Anni 1583.

1. L. Udovicus Lotharingus S. R. E. Cardinalis dictus a Guisia, Remensis Archiepiscopus, patru sui Caroli pietatum amulatus, a quo fuerat convocatum primum post Synodum Tridentinum Remensis Provincia Concilium anno 1564. alterum celebravit ejusdem Provincie, cuius erat Metropolita, Concilium anno 1583. ex quo hec sequentia selegimus:

Sub titulo de diebus festis, Cap. V. Venditiones quacunque rerum, (bis exceptis qua ad divinum cultum & vitium necessarium pertinent) mundina publice, mercatus, & auctiones diebus festis ne siant, sub pena excommunicationis a Parochis in prono denuncianda.

2. Sub tit. de Baptismo, cap. 3. Parochus moneat suscepentes, fidei pro suscepto sponores esse, itaque eos obligari, cum infans ad adultum atatem pervenerit, cum docere fidei rudimenta seu symbolum, ut saltem eius verba memoria tenere & recitare valeat, nisi id a parentibus præstetur.

Eiusmodi suscepentes de sacro fonte ritus ab Ecclesiæ primordiis fuit, ut pro baptizato curam se habituros spondent, unde & Sponsum inditum est eis nomen. Quapropter dicit Augustinus in sermone post Pascha incipiente: Hodie natus es, vos ante omnia tam mulieres quam viri, qui infantes in baptismo suscepisti, moneo, ut vos cognoscatis sponsoficiis apud Deum extitisse pro illo. Ideo semper illos admonete, ut castitatem custodian, sufficiant, caritatem teneant; (Et paulo post) ante omnia Symbolum, & Orationem Dominicam, & vos ipsi tenete, & illi, quos de sacro Fonte suscepisti, ostendite. Similia admonere pergit August. serm. 215. qui est secundus Dominicæ 10. post festum Trinitatis. Vide Gratianum de confess. dist. 4. c. vos ante omnia. Præterea Concil. Arelatense VI. sub Leone Papa III. & Carolo Magno, can. 19. astingit suscepentes ex sacro fonte ad eruditendum in fide & bonis moribus eos, quos suscepserunt, & pro quibus sponsoficiis in baptismo.

3. Alia ex eodem Remensi titulo de Baptismate cap. 7. Convenire etiam judicamus, ut Episcopus in propria Dieceſi,